RUPERTUS TUITIENSIS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 53v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36521
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



labia tua locunt. Et si alius pro tempore tacuisti, mihi tacere
non potuisti. Ex quo me natum uidisti. mecum deliciata
es fauo dulcis eloquii simulque osculo oris tui. osculo
oris mei. et satis factum est etiam sic fidei tue. spei et dilec
tioni tue. fidei per dilectionem dicenti. osculetur me oscu
lo oris sui. Quid de pannis dicam quibus me inuoluisti.
in presepio reclinasti. Nimirum id quod uerum est. quia odor
uestimentorum tuorum sicut odor thuris. Omnium namque uesti
mentorum scilicet bonorum operum tuorum que in me matrina et plus
quam matrina caritate operata es. panni illi primicie fuerunt.
Et quia cuncta que tunc in me uel ex tunc propter me operata es. de
magno et ualido caritatis igne cum suauitate humili
tatis uenerunt. recte consenserint amici. quia odor uestimen
torum tuorum sicut odor thuris. Sic et enim in omnibus famu
lata es mihi mater et uirgo fidelis. tamquam domino cui soli debetur
odor thuris in sacrificio suo. quia uis eciam ego paruulus
tuus paruulus homo. Explicit L. iii. Incipit L. iiii.

QVID agimus anima. Quare tristis es. et quare
conturbas me. Ecce in medio nuptiarum sumus.
nuptiarum hominis regis. quas fecit filio suo
quem de uirgine incarnari uoluit. Et dicis
mihi illud terrifi. cum illud ualde pa
uendum. Intuit autem rex ut uideret discum
bentes. et uidit ibi hominem non uestitum ueste nupti
ali. et ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens nup

uestem